

MONOK István—PÉTER Katalin

Felmérés a hithűségről 1638-ban

Az itt közölt irat a fraknó-kismartoni uradalomban készült; a földesúr rendeletére folytatott ellenreformációs akció eredményét méri fel. A rendeletet kiadó „illistrissimus princeps” Esterházy Miklós, akinek a nádorság jogán járt a cím. A birtokot 1622-ben szerezte meg, kárpótlásul a nikolsburgi béke értelmében Bethlen Gábornak jutott Munkácsért.

A felmérés jelenleg a Batthyány család anyagában található, a *Magyar Országos Levéltár P 1315 Fasc. 1.* jelzet alatt. Ez Batthyány I. Ádám iratainak első faszcikulusát jelenti. Minthogy a familia levéltárát a XVII. század óta többször, legutóbb néhány évvel ezelőtt átrendezték, a lelőhely nem ad felvilágosítást az irat provenienciájáról. Zimányi Vera azonban, aki hosszú ideig kezelte az anyagot, és az alapleltárát is elkészítette, úgy tájékoztatott, hogy az eset nem rendkívüli. Batthyány Ádám az írásbeliség iránt nagyon jó érzékkel gyűjtött, másoltatott különböző iratokat. Így egész sor, más személyek ügyeiben keletkezett forrás maradt fenn levéltára anyagában.

Az irat tartalma is, formája is feltűnő. A *tartalmát* tekintve: eddig, legjobb tudomásunk szerint, nem jelent meg hasonló, jegyzőkönyvszerű felvétel alacsony társadalmi állású laikus személyek teológiai tájékozottságáról vagy az ellenreformációs intézkedésekkel szemben gyakorolt magatartásukról. A *formában* feltűnőség az, hogy az irat külalakja a jól szervezett birtokokon felvett urbáriumokéhoz hasonló. Mintha gazdasági irat lenne: világosan áttekinthető rovatokra tagolódik.

Hasonló felmérések azonban léteznek. Esterházy Miklós vallásügyi iratai között a Magyar Országos Levéltár P 124-es fondjában alatt több is található, de távolról sem ilyen teljesek. Általában dátum és a hely megjelölése nélkül maradnak; valamennyi az eljárás során nagyon kap-kodva felvett piszkozat. Az itt közölt irat első verziója nincs közöttük.

Függelékben: — A. jelzéssel — közlünk egy 1659-i jegyzéket. Ez ugyanazon a birtokon, de részben más helységen készült. Jelenleg az első irat mellett található. Az 1659-ben katolizáltak neveit tartalmazza. A földesúr személye időközben nem változott.

B. jelzéssel részletet közlünk a bécsi jezsuita rendház 1639-i naplójából. Ez az előző évi eseményekre csak fél mondattal utal, és az itt előtte olvasható két irat szerint valótlant vagy félrevezetőt állít, az Esterházy Miklós rendeletére folytatott térités körülményeiről, azonban szemléletesen tájékoztat. A kötet az *Österreichische Nationalbibliothek-Handschriftensammlung Cod. 12036.* jelzete alatt található.

A téma vonatkozó irodalom, a burgenlandi vallási viszonyokat tárgyaló munkák között egy foglalkozik kifejezetten a fraknó-kismartonai uradalommal. Fred SINOWATZ: *Reformation und katholische Restauration in der Grafschaft Forchtenstein und der Herrschaft Eisenstadt.* /Burgenländische Forschungen 35./ Eisenstadt, 1957.

Forchtenaw Anno 1638

Civium Catholicorum in Forchtenau et Noistifft sunt 41: omnes tempore paschali Confessi.

Civium Haereticorum in Forchtenau et Noistifft sunt 49: non Confessi.

Inquiline Catholicorum in Forchtenau et Noistifft sunt 15.

Inquiline Hereticorum in Forchtenaw et Noistifft sunt 23.

Personarum omnium in Forchtenaw et Noistifft quae tempore Paschali sunt confessae, in universum sunt 125.

A tempore Panteyding huc usque conversus est Valentinus Reisner

INDEX HAERETICORUM CIVIUM IN FORCHENAW, Et Noistifft

Nomina	Rationes Cur non Conversi et satisfecerint Mandato Illustrissimi Principis	Enunciata et quid fac- turi
I. Thomas Veiler	Quia in hac sua fide natus et educatus, Ergo et mori vult	Si tamen alij se converterint, tunc et ipse vult converti.

2. Laurentius Doisteiger	quia simul Lutheranus et Evangelicus natus et duabus speciebus particeps factus, ergo	Non vult tamen resistere Mandato Illustrissimi Principis, sed si alij fuerint facti Catholici, vult et ipse fieri.
3. Paulus Strodel	Si correctae sibi fuissent 2 species	Si reliqui Catholici fuerint tunc et ipse, fatetur interim 2 sacramenta quae sunt 2 species.
4. Matthias Strodel	Quia in Evangelica fide dies suos consumpsit et a 6 annis Evangelicus pater familias in Forchtenaw, male videns, male audiens et solummodo iam 2 dies ipsi ad vivendum supersunt, Ergo	Non tamen recusat parere Deo et superioribus, quum (...) reliqui se accommodaverint vult et idem ipse praestare.
5. Christophorus Rubacker	quia a 44 annis iam egit Patrem familias, et in eadem fide natus et educatus.	Deo tamen et superioribus se commendat.
6. Joannes Pleijer.	Quia per totam suam vitam huius fidei fuerit, Ergo	Quod tamen Deus et superiores illi imposuerint hoc vult in effectum deducere.
7. Georgius Rubacker	Quia in hac sua fide natus et baptizatus, Ergo	Etiam ad Mandatum Illustrissimi Principis non desistet sed constans permanebit.
8. Joannes Patistarest	Quia caeteri in sua fide hoc permanserint, Ergo	Non vult tamen esse primus, neque etiam ultimus.
9. Paulus Pripämer	Quia iam dies vitae eius praeterierunt, Ergo	Si reliqui id fecerint, tunc et ipse volet.
10. Vitus Schaller grandevus	Post examen mortuus est.	

11. Matthias Reisner	Quia sibi impossibile visum fuit a sua fide desistere	Fatetur praeterea 4 sacra- menta, Baptismus, Eucharistiam, Remis- sionem peccatorum et Mat- rimonium, et putat se esse in satis bona fide, et sufficere, quia superioribus suum debitum roboth cum dili- gentia perficit. Item Iuvenes inquit possunt converti et non adeo senes et decret- pites sicut ipse, cui adhuc 3 dies ad vivendum restant.
12. Erenricus(!) Reisner	Quia in tota vita sua sub utraque specie Communi- catus, Ergo	Si tamen et ceteri id fecerint, tunc non vult resistere mandato.
13. Georgius Feyerer	Quia in hac fide sua natus, Ergo	Petit insuper ut permittatur in ea amplius interea fatetur 3 sacramenta: Baptismum, Eucharistiam et matrimo- nium.
14. Stephanus Milthaler sartor	Quia in tota vita sua fuerit Lutheranus, Ergo	In tota vita sua non erit Catholicus
15. Joannes Veyler	Quia in hac fide sua natus, Ergo	Mavult abire quam se con- vertere
16. Thomas Koler	Quia ab Infancia huius fidei, Ergo	Vult tamen prius antequam id fecerit, Uxorem suam Consulere; interea vult et Deo et Superioribus se commendare.
17. Joannes Kennipff lanio(!)	Quia in hanc fidem natus, et tempore Panteyding ipsi nil iniunctum fuerit, Ergo	Impossibile est illi ut con- vertatur etiamsi Illustris- simus Princeps serio iniun- gat.
18. Sebastianus Pollross	Quia a Iuventute huius fidei, Ergo	Si tamen Caeteri id fecerint, tunc et ipse.

19. Joannes Kantler Textor	Quia egisset contra Cor et Conscientiam	Non habet ullam eiusmodi intentionem in mente etiamsi alij omnes Conversi fuerint, idcirco enim huc venit, ut possit in sua fide quietus permanere.
20. Philippus Rubacker	Quia in hac fide prognatus, Ergo	Permanebit constans et non vult Converti, Profitetur se Evangeliam, et inquit 2 Species esse 2 Sacraenta: Baptismum autem Solum modo spectare ad 6 Capitula Doctrinae Christianae.
21. Ambrosius Bliemel	Quia die Vitae suae iam transierunt, Ergo	Permanebit constans, et Mavult apprehendere bacillum et propter fidem Christianam exilium petere, quam converti.
22. Joannes Doisteiger	Quia in hac fide natur, Ergo	Sunt 2 Sacraenta, Bap- tismus et Coena Domini, quamvis etiam Matri- nomium quidem ut puto deberet esse Sacramentum inquit, Et quia in Manibus Domini Dei et Superiorum omnia sita sunt, vult quod Deus et Superiores velint facere.
23. Philippus Kirchauer	Quia a Catholico Sacerdote Domino Sebastiano sub utraque Specie olim fuit communicatus.	Quam primum sibi non porrectae fuerunt 2 Species, ivit in Walbersdorff, si tamen Illustrissimus Princeps iniunxerit, accom- modabit se.
24. Georgius Fridericus Stötner.	Quia per totam Vitam ab Infantia huius fidei, Ergo	Petit ut permittatur sic credere uti hactenus.
25. Matthias Patter.	Quia in hac sua fide natur et baptizatus.	Nullo modo vult converti, mavult mori.

26. Ambrosius Doisteiger.	Quia tempore Panteyding nil promisit.	Dicit praeterea: Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus rever- tor. Petit bacillum ut abeat potius quam ut se conver- tat.
27. Christophorus Mising	Quia tempore Panteyding missus fuit in Breitenbrun a Domino Provisore, et inde nil rescivit.	Si tamen alij id fecerint tunc et ipse.
28. Joannes Kittinger	Quia nimium simplex est, et hoc intelligere non potest.	Si tamen Conscientia illum aliquando permiserit, tunc(!)
29. Henricus Möltzer	Quia in hac fide natur, Ergo	Non vult tamen resistere Mandato, sed sese accom- modare.
30. Christophorus Zodel.	Quia Parentes eius et Maiores huius fidei fuere, Ergo	Mavult omnia perdere, quam eiusmodi committere.
31. Georgius Strodel.	Quia tempore Panteding(!) solummodo Inquilinus fuit.	Si tamen caeteri, tunc et ipse.
32. Christiana Gieffing vidua	Quia in hac sua fide prog- nata, Ergo	Sperat Se in hac fide per- mansuram.
33. Andreas Seiler	Quia sic natus ac baptiza- tus. Ergo	Non vult tamen resistere Mandato Illustrissimi Prin- cipis.
34. Michael Sparrabitz es ingorantia Relapsus, et quia idioma germanica est igno- rans, potius ab alijs seduc- tus fuit(?), Venetus natione	Non intellexit, quia putavit Praedicantem esse aeque Sacerdotem.	Promisit pro festo Corporis Christi.
35. Joannes Doisteiger	Quia in hac sua fide progna- tus, Ergo	Si tamen alij, tunc et se accommodabit.
36. Laurentius Reisner.	Quia nil promisit in Panteyding	Non vult resistere, quia a suo Pastore didicit ex Verbo Dei obediere Deo et superi- oribus.

37. Joannes Missing.	Quia in hac fide baptizatus, Ergo	Prout caeteri sese gerent sic et ipse.
38. Georgius Wagner	Quia paucus diebus hic arti- ficium suum exercuit, Ergo	Manes interea perplexus.
39. Christophorus Pleyer.	Quia per totam Vitam suam huius fidei fuerit, Ergo	Non vult se resistere mandato Illustrissimi Prin- cipis.
40. Benedictus Doisteiger.	Quia in hac fide natus, Ergo	Si reliqui id fecerint et videbit Mandatum Illustris- simi Principis.
41. Wolfgangus Grass	Quia et caeteri non Com- municarunt, Ergo	Si Omnes se convertent, tunc et ipse.
42. Casparus Reisner	Quia Parentes eius huius fidei, Ergo	Si Mandatum Illustrissimi Principis urgebit, et reliqui id fecerint, tunc(!)
43. Georgius Stockamer balneator, non paruit.		

Summa haereticorum Civium 43.

In Noistifft.

1. Stephanus Zentner	Quia simplex fuerit hactenus in suo genere, Ergo	Non erit primus nec ultimus. Fatetur praeterea, se credere in 2 Deos.
2. Joannis Kratzeri Vxor Vidua	Quia hactenus illi non iniunctum fuit, Ergo	Si autem cogeretur, tunc faciet
3. Joannes Klampffer Relapsus olim in bello.	Quia tempore Panteyding fuit solummodo inquilinus, Ergo	Si reliqui, tunc et ipse. Dicit praeterea se habere in sua fide 4 Sacraenta: Baptismum, Eucharistiam, Matrimonium et Paeniten- tię.
4. Sebastianus Kabiger.	Quia non porriguntur 2 Species.	Sin autem 2 Species por- rigerentur, vellet.

5. Laurentius Kirchweger	Quia in hac sua fide natur, Ergo	Mavult relinquere Vxorem et liberos, de caetero dicit se nihil habere, quod perdat. Dicit se esse Lutheranum et fatetur 3 Sacramenta. Bap- tismum, Eucharistiam et Ordinem Praeterea 6 Arti- culos fidei.
6. Thomas Stricker.	Quia non adfuit in Pantey- ding.	Si maior pars id fecerit tunc et ille.

Summa Haereticorum Civium in Noistifft 6

Index Haereticorum Inquilineorum in Forchtenau et Noistifft, qui fundum habent

1. Petrus Klampffer	Quia in hac fide prognatus	Nullo modo vult converti.
2. Casparus Doischmidt	Quia Sic baptizatus et edu- catus, Ergo	Resistit mandato et non vult converti.
3. Andreas Prottinger	Quia de mandato nullo quidquam scivit.	Si Caeteri, tunc et ipse.
4. Michael Strodel	Quia in hac fide natus, Ergo	Vult omni modo perseve- rare usque in finem.
5. Gregorius Feyerer	Quia nondum est sufficien- ter instructus, Ergo	Si sciret quae esset vera fides, tunc, sed si Illustris- simus Princeps serio demandat, vult.
6. Martinus Koller	Quia non adfuit in Pantey- ding.	Resistit et non vult converti.
7. Christophorus Ringauf	Quia tempore Panteyding adhusc Inquiline fuerit, et maxime cum nesciat ubi- nam fogat(!) sedem.	Resistit et non vult converti. Interea resistit et non vult converti.

8. Matthias Sommer	Quia ipsius fidei assidue ipsum seduxerunt.	Interim dicit se credere in Deum omnipotentem et Mariam Dei: item 12 esse Sacra menta, siquidem aliqui per multa blasphemam(!) Deum. Si tamen Caeteri se convertent, tunc et ipse.
9. Matthias Nettner	Ex infirmitate profunda nescivit apposite respondere, et imaginatur sibi, quasi ab alijs seductus sit.	
10. Thomas Strodel	Quia abfuit tempore Panteyding.	Si reliqui tunc et ipse.
11. Andreas Mäschel	Quia sic natus, Ergo	Si vicini praecesserint, tunc; dicit praeterea: Scriptum est quotiescumque societis, et quotiescumque bibetis tot sunt Sacra menta, ex Calice Domini.
12. Christophorus Stöckel.	Quia tempore Panteyding. Custodem vinearum egerit.	Quid alij facient hoc et ipse.
13. Philippus Shcaller	per Judicem saepius citati	
14. Philippus Reisner		
15. Matthias Pliemel		Summa Inquilinorum haereticorum Fundum habentium 15.

Index Haereticorum Inquilinorum in Forchtenau et Noistift fundum non habentium

1. Christophorus Plettner	Quia eius Parentes huius fidei, Ergo	Quod alij facient hoc et ipse.
---------------------------	--------------------------------------	--------------------------------

2. Georgius Prunhuber	Quia de nullo mandato quidquam scivit.	Vult manere usque ad mortem. Credet 5 Sacra- menta: 1 coena 2 sanguis, 3 baptismum, 4 matrimo- nium, 5 ordo.
3. Martinus Misinger	Quia discedet, et non potest se hic continere.	
4. Gallus Pirpämer	Quod Parentes eius Catholici, ipse vero seduc- tus ab ilijs, Ergo	Credit in Creatorem Coeli et terrae, inquit, se esse in nomine Christi baptizatus, ab alijs seductus.
5. Matthias Doisteiger	Quia Parentes eius huius fidei, Ergo	Si caeteri tunc et ipse.
6. Bartholomaeus Ridel	Quia sic natus, Ergo	Si Superiores eius iniun- ixerint, tunc vult.
7. Jacobus Plimel	per Judicem citati noluerunt comparere	
8. Matthias Plimel		Summa Haereticorum inguinorum in Forchtenau et Noistift, fundum non habentium 8.

MÄRTERSDORFF Anno 1638

Civium Catholicorum in Märtersdorff sunt 77: omnes tempore paschali Confessi.

Civium Haereticorum in Märtersdorff sunt 78: non Confessi.

Inquinorum Catholicorum in Märtersdorff sunt 59: omnes tempore Paschali Confessi.

Inquinorum Haereticorum in Märtersdorff sunt 39: non confessi.

Personarum omnium in Märtersdorff, quae tempore Paschali sunt Confessae, in universum sunt 527.

Sequuntur illi, qui a tempore Panteyding huc usque conversi sunt:

In Märtersdorff

Matthias Lesch, senex, per multos annos Judex, Relapsus, ante obitum immediate confessus et communicatus est.

Georgius Furtner Civis

Georgij Müllneri Civis uxor

Andreas Ossing

In Filiali Wisen

Danielis Dorffmeisteri Vxor

Georgius Schmehrbacher

Stephanus Wabitzsch ex Walbersdorff, 70 Annorum

Cives habentes Haereticas	Catholici Vxores	Cives habentes Catholicas	haeretici Vxores	Inquilini habentes Haereticas	Catholici Vxores (fundum habent)
---------------------------------	---------------------	---------------------------------	---------------------	-------------------------------------	---

- | | | |
|---------------------|---|--|
| 1. Bernhardus Knoll | 1. Joannes Fröhlich | 1. Vrbanus Auffner |
| 2. Martinus Listi | 2. Matthias Reichart | 2. Laurentius Wograndel |
| | 3. Casparus Moser
promisit vxori olim. | 3. Marcus Weisberger |
| | 4. Georgius Ossing | 4. Michael Leb |
| | 5. Stephanus Rübacher | Inquilini Haereticci
habentes Vxores
Catholicas (fundum
habent) |
| | 6. Andreas Wagner | |
| | 7. Simon Müllner | 1. Andreas Ossing |
| | 8. Veit Kurtz | 2. Blasius Gosch |
| | 9. Ambrosius Posch | 3. Blasius Halmayer |

INDEX HAERETICORUM CIVIUM IN MÄRTERSDORFF

Nomina	Rationes Cur non Conversi et satisfecerint Mandato Illustrissimi Principis	Enunciata et quid facturi
1. Georgius Meyer Judex	quia difficile videtur a fide in qua baptizatus, desistere.	Petit, ut permittatur in sua fide, et siquidem 500 circiter florenos Templo nostro donaverit, plus adhuc dabit.
2. Georgius Koch	Nullam voluit asserere Rationem.	Se esse Apothecarum Catholicorum et se non fore ultimum.
3. Andreas Hinniser	quia sub una specie Ven(?) porrigitur.	Vult Converti, si sub utraque specie permittitur communicare.
4. Blasius Soler	quia a Juventute Haereti- cus, Ergo	Si omnes Convertuntur, tunc et ille.
5. Georgius Lehner	quia in hac fide natus et educatus	Ergo vult in sua fide per- manere.
6. Joannes Fröhlich	quia in tota sua fide usque ad senium constans per- mansit, Ergo	Si tamen 2 species darentur tunc etc.
7. Michael Wagner	Quia noluit esse primus.	Si alij fuerint etc., tunc ultimus non erit.
8. Georgius Engel	Quia nihil substantiae et divitiarum habet, unde ipsi nil auferri potest.	dicit praeterea; Se nondum fore Catholicum sed potius velle relinquere domum sicut in Austria, et insuper multum gaudere.
9. Michael Gulden	Se de Mandato Illustrissimi Principis nil scivisse.	Quam primum alij cogentur vult etiam idem praestare ne ab alijs in haeresi, perseve- rantibus ipse solus eludere- tur.

10. Blasius Vogler		Ne videretur in constans si a sua fide, in qua baptizatus recederet.	Petit insuper ut in(. . .)li sua fide permittatur manere, de caetero, fidem Catholicam libenter habet.
11. Joannes Knoll.		Quia sic natus et educatus.	Ergo non vult mutare, dicit praeterea se esse Evangelicum et Apostolicum Catholicum et credere 3 sacramenta, 1. est Matrimonium, 2. Baptismus, 3. Deus Pater et Filius.
12. Joannes Ramleutner		Quia natus est in hac fide, Ergo	Difficile est ipsi ut desistat.
13. Joannes Fridel		Quia mater ipsius est confessa, Ergo	Si Illustrissimus Princeps ei iniunxerit, tunc faciet.
14. Gregorius Rubacker		Quia Parentes eius huius fidei fuerunt, Ergo	promisit stipulata manu pro festo Ascensionis converti etc.
15. Simon Koch		Quia alij non conversi. Ergo	Si alij hoc fuerit tunc et ipse.
16. Georgius Wograndel		Si vicini eius id fecissent.	Si tamen hoc fecerint faciet et ipse.
17. Oswaldus Relapsus Wiener		Quia ante 8 annos coactus,	Et de Catholica fide inquit se nihil scire, neque scire vult, sed in pristina haeresi permanere.
18. Erhardus Müllner.		Quia ipsi nil impositum fuit in Panteyding.	Licet Illustrissimus Princeps imposuerit, non faciet.
19. Casparus Moser		Quia non permittitur communicare sub utraque specie, Ergo	Si sub utraque permittitur communicare, fiet Catholicus.
20. Georgius Fischer		Quia Parentes eius in hac fide mortui. Ergo non conversus.	Ergo vult et ipse in hac fide mori.
21. Matthias Gieffing		Quia non dantur plebeio 2 species in communione, Ergo	Si dabuntur 2 species tunc fiet Catholicus.

22. Michael Mayr	Quia in hac Religione natus Ergo	Ergo Dicit se esse Lutheranum et credere unum, sacramentum, nempe Eucharistiam.
23. Joannes Koch	Quia de Mandato Illustrissimi Principis nihil scivit.	Si tamen alij hoc fecerint vult fidem Catholicam libenter amplecti, ne ab alijs manentibus Haereticis solus ipse vexetur.
24. Michael Fridel	Quia egisset contra Deum,	Ergo vult manere in suafide tamdiu, quam deus velit dicit insuper se esse Evangelicum et eredere 3 Evangelistae, Mattheum, Marcum et Sanctum Paulum.
25. Christophorus Weiskopf	Quia alij non, Ergo et ipse	Si alij, tunc et ipse faciet.
26. Georgius Ossing	Quia in hac fide baptizatus.	Mavult reliquere domum antequam hoc faciet.
27. Joannes Riger	Si alij omnes conversi fuisset tunc etc.	Et Sicuti alij sese hoc in parte accommodabunt, sic et ipse.
28. Vlricus Nibel	Quia non contentus est communicare sub una specie.	Si dabuntur 2 species, tunc(!)
29. Matthias Reichart	Quia Juventute huius fidei, Ergo	Promisit stipulata manu pro festo Corporis Christi converti.
30. Joannes Rambleutner	Quia de nullo Mandato quidquam scivit.	Vult ante perseverare usque in finem, siquidem 2 dies habeat saltim ad vivendum, et ita in nomine Domini sequi vestigia saventum.
31. Stephanus Rubacker	Quia non iniunctum fuit sibi.	Si Illustrissimus Princeps mandaverit, tunc illico faciet.

32. Joannes Mandel	Quia sicuti natus fuit, ita illum perserverare oportet.	Credit tamen in sua Evangelica professione esse 3 sacramenta, 1. Deus Pater, 2. Deus Filius, 3. Deus Spiritus Sanctus.
33. Blasius zerer	Quia prae conscientia non potuit.	Si tamen maior pars se accommodabit, tunc(!)
34. Vincentius Wagner	Quia in hac fide sua natus, Ergo	Et vult constanter permanere.
35. Sebastianus Rihler	Vti natus et educatus.	Sic etiam ad finem permanebit.
36. Andreas Wagner	Quia in hac fide natus, et a pueritia huc usque, Ergo	Credit tamen 2 Sacra-menta: 1. est panis, 2. est Vinum.
37. Simon Müllner	Quia non dantur 2 species.	Si dabantur 2 species tunc erit Catholicus, credit nihilominus unum esse Sacramentum scilicet: Evcharistiam; baptismum vero inquit esse nullum.
38. Michael Eckhardt	Quia alij non sunt conversi Ergo	Si vero reliqui omnes: tunc et ipse.
39. Joannes Glantz	Quia nil promisit.	De caetero credit in sua Evangelica professione multas esse Evangelistas.
40. Christophorus Binder	Quia sic baptizatus et edu-catus.	Si tamen deberet cogi vellet converti, interea credit 2 Sacramenta 1. est Caena, 2. est fusio sangvinis.
41. Michael Koch	Quia obligatur ad duas Species.	Si dabuntur 2 species tunc fieri.
42. Joannes Wilffinus	Quia Catholicus natus.	promisit data manu pro festo Ascensionis converti.
43. Simon Langecker	Quia senex, et in dies spe-ravit se moriturum sub utraque adhuc specie.	Attamen si Illustrissimus Princeps illi iniunget vult etiam in senio converti.

44. Christophorus Ochb	Quia ab Infancia huius fidei fuit.	Ergo vult in nomine Dei permanere.
45. Joannes Sepacher	Prout hactenus credidit ita vult in posterum credere, pertinaciter respondendo.	
46. Vitus Kurtz	Quia porrigitur solum una species.	Si 2 species porrigentur illico fiet Catholicus.
47. Matthias Binder.	Quia parentes huius fidei, Ergo	Promisit data manu 2 hebdomadis post Pentecostem converti, interea credit esse 6 sacramenta, 1. est Pater-noster, 2. 10 praecepta 3. fides, 4. Batismus, 5. Claves, 6. Eucharistia.
48. Andreas Steiger	Quia in hac sua fide natur Ergo	Non vult tamen resistere, Mandato superiorum, et prointerim credit 3 sacramenta: Baptismum, Cae-nam Domini, et Matrimo-nium.
49. Andreas Leitgeb	Quia in Panteyding nulla mentio Conversionis facta.	Ergo Interea mansit perplexus.
50. Hieronymus Schtettner Sartor	Quia Conscientia illius non permisit, et Parentes in hac fide mortui, Ergo	
51. Christophorus Haren-wolff	Quia a Juventute Luthe-ranus, Ergo	Ergo Manebit costans.
52. Stephanus Fridel	Quia adhuc 4 dies, et mori-etur, Ergo	Praeterea inquit se id nullo modo facturum.
53. Adamus Koch Relapsus	Quia a Juventute fuit Ergo, <i>Nb. quod falso asserit, vicini (...) contrarium dixerunt.</i>	Interea converti non vult(!)
54. Martinus Rubacker	Quia sicut natus, Ergo	Vult autem constans per-manere.

55. Ambrosius Posh	Quia alij non conversi.	Sin autem reliqui convertentur, vult et ipse tunc converti, Interea profitetur 3 Sacra menta: Baptismum, Eucharistiam et matrimonium.
56. Christophorus Fröhlius	Sic enim natus et educatus, Ergo	Interea perseverabit in finem usque.
57. Stephanus Wagner	Vno verbo NON VULT, pertinaciter nullam causam(!) dicendo.	
58. Matthias Graff	Quia in tota vita sua huius fidei fuit.	Fatetur 2 Sacra menta sed nescit quid sit Sacramentum Interea asserit, se malle abire quam converti, quia iam nihil habet, etiamsi Illustrissimus Princeps illi iniungeret.
59. Jacobus Zaissar	Quia in Panteyding iussus recedere nil scire vel audire potuit de Mandato.	Vult autem in sua fide permanere et credere uti hactenus.
60. Ambrosius Beer	Quia sic natus et parentum vestigia sequi voluit.	Si tamen Reliqui se convertent, ultimus tunc non erit.
61. Gregorius Wernhardt Infirmus	Significat per Affinem suum, Quod alij facient hoc faciet et ipse	
62. Thomas Scheggitz	Quia in tota Vita sua huius fidei fuit, Ergo.	Non vult converti. Interea nescit in Evangelica professione sua quid sit Sacramentum.
63. Blasius Waelin	Quia plurimum tempus iam consumpscerit, Ergo	Et vult manere constans.
64. Thomas Wagner	Quia sic natus, Ergo	Et vult permanere.

65. Adamus Mändel	Quia in hac sua fide natus et baptizatus, Ergo	Si tamen Illustrissimus Princeps serio iniunxerit tunc vult converti. Interea fatetur esse 3 Sacraenta: 1. est Deus Pater. 2. Deus Filius; 3. Deus Spiritus Sanctus.
66. Joannes Bergkhamer	Quia in Evangelica fide sua baptizatus est, Ergo.	Mavult abire quam converti, et profitetur 3 Sacraenta: 1. hostiam, 2. Calicem, 3. Baptismum.
67. Marcus Nibel	Quia sic natus et baptizatus, Ergo	Vult praeterea manere.
68. Georgius Ochb	Quia a Juventute extra fidem catholicam.	Vult itaque permanere ulterius.
69. Michael Schreiner	Quia tempore Panteyding domi non fuit, ideoque sibi de nullo Mandato constare potuit.	Declarat autem, se nullo modo fore Catholicam, Ratio est, quia eius etiam non fuerunt Catholicci.
70. Jacobus Lehner	Quia a Juventute sic credidit, Ergo	Vult quoque permanere.
71. Jacobus Lang		Divendidit et discedet, idcirco non comparuit.
72. Martinus Huber	Quia sic natus et multum diu in sua Religione vixit.	Ergo vult amplius permanere.
73. Joannes Lehner	Quia in hac fide natus, Ergo	Etiamsi Reliqui se convertent, nec dum a sua fide vult recedere, et licet Illustrissimus Princeps serio demandaret.
74. Joannes Ochb Relapsus	Quia alij relapsi, Ergo et ipse, quia alij non conversi, Ergo et ipse	Si tamen Illustrissimus Princeps ei iniuxerit, tunc volet; fatetur interea 3 Sacraenta: Matrimonium, Baptismus et Cenam Domini

75. Gallus Dorner	Nescivit ullam Rationem scire excusationem.	Promisit Stipulata manu confiteri pro festo Ascensionis.
76. Andreas Gschichel	Quia a Juventute huius suae fidei, Ergo	Petit et obsecrat, ut in sua fide permittatur.
77. Christophorus Pleyer	Quia sic natus et baptizatus, et in tota vita sua huius suae Religionis fuerit, Ergo	Petit et sperat Illustrissimum Principem esse ipsum permissum.
78. Dietericus Rambleitner	Quia a Juventute huius fidei, Ergo	Interea manet perplexus

SUMMA 78 personarum

INDEX
Haereticorum Inquilinorum in Märtersdorff
Fundum habentium

Nomina	Rationes Cur non Conversi et satisfecerint Mandato Illustrissimi Principis	Enunciata et quid facturi
1. Georgius Ruprecht	Quia est Evangelicus natus.	Non recedet ab hac sua fide.
2. Michael Ossing	Quia eius Parentes huius fidei fuerunt.	Non desistet a sua fide etiam demandante Illustrissimo Principe.
3. Valentinus Drach.	Quia in hac fide sua natus et baptizatus.	Discedet, quia se hic non potest continere.
4. Blasius Binder.	Noluit, quia a iuventute huius fidei, Ergo	Interea dicit se esse simul Evangelicum et Luthe-ranum et nihil scivisse de ullo mandato in Pantey-ding.
5. Joannes Ringauff	Quia hac sua fide imbutus, Ergo	Resistit Mandato etiam Illustrissimi Principis.

6. Benedictus Vigel	Quia sic natus et educatus, Ergo	Interea profitetur esse aliqua sacramenta numerum vero illorum se nescire, resistere autem Mandato Illustrissimi Principis non vult.
7. Andreas Ossing, 16 May confessus et communicatus	Quia in tota sua Vita huius fidei, Ergo	promisit autem stipulata manu pro festo Corporis Christi.
8. Stephanus Wograndel	Quia sic natus, Ergo	Resistit mandato etiam Illustrissimi Principis.
9. Sebastiani Frahlerin Vidua	Nata Catholica, a Parocho Catholico in Petzsching communicata sub 2 speciebus et quia amplius 2 species sibi non sunt concessae, ideo 2 species quæsivit in Walbersdorff et sic relapsa est.	Vti incepit communicare ita vult et perseverare non tamen resistendo Illustrissimi principis Mandato.
10. Adamus Mändel	Quia de nullo Mandato scivit in Panteyding edito.	Converti non vult, debet enim habere respectum Parentum suorum iam defunctorum. Interea tamen credit in sua Evangelicae fidei professione 3 Sacra menta, 1. est Eucharistia, 2. Christus, 3. Spiritus Sanctus
11. Georgius Bosch	Quia Parentes eius huius fidei, Ergo	Non vult converti etiam ad Mandatum Illustrissimi Principis.
12. Blasius Halmayer	Quia nemo ipsum unquam coegit.	Si tamen alij se convertent, convertet et ipse.
13. Bernhardus Gruber	Quia nulla mentis conversionis in Panteyding facta, Ergo	Resistit praeterea etiam ad Mandatum Illustrissimi Principis.

14. Blasius Gosch(?)	quia a pueritia fide sua Evangelica imbutus, Ergo	Si tamen Illustrissimus Princeps serio demandare- vit(!) vult declinare.
15. Adamus Weiner	Quia nil rescivit de ullo mandato, Ergo	Etiam si Illustrissimus Prin- ceps injungeret illi nullo modo cogitat converti.
16. Joannes Schisel	Quia Maiores huius fidei fuerunt, Ergo	Converti non vult etiam ad mandatum Illustrissimi Principis.
17. Sebastianus Nibel	quia in Panteyding non adfuist et de hoc Mandato nil rescivit.	Vult tamen ad Mandatum Illustrissimi Principis con- verti.
18. Adamus Schreider	Quia in hoc sua fide bapti- zatus, Ergo	Manet interea perplexus.
19. Wilhelmus Zehnthofer	Quia in hac fide sua natus, Ergo	Si tamen alij se convertent tunc et ipse idem vult praestare.
20. Balthasar Gager	Quia Evangelicus natus et a 27 annis suum opificium hic exercuit, Ergo	Petit ut in hac sua fide per- mittatur.
21. Georgius Wanner Arcularius	Quia a Juventute Evange- lica fide imbutus et instruc- tus.	Non vult esse primus, neque etiam ultimus in Conver- tendo.
22. Matthias Kurtz	Quia tempore Panteyding Custodem Vinearum egerit, et de mandato nullo- quidquam sciverit, Parentesque eius insuper huius Haereticae fidei fuerint, Ergo	Permanebit constans in sua fide.

23. Georgius Krachler	Quia in Evangelica fide baptizatus, Ergo	Si Illustrissimus Princeps serio demandaverit fiet Catholicus. Interea credit 5 Sacra menta: 1. Baptismum, 2. Coenam Domini, 3. Matrimonium, 4. Ordinem, 5. Poenitentiam. De Confirmatione et Extrema Vnctione Ministri Verbi Dei nil hactenus docuerunt.
24. Matthias Freyberger	Quia Parentes eius huius fidei fuerunt, Ergo	Si Illustrissimus Princeps hoc serio iniunxerit, tunc se resolvet, Interim vero nihil promittit.
25. Joannes Kren	Quia in hac fide natus et educatus.	Dicit se esse Lutheranum, nescire autem, quid sit Lutherana fides, credere nihilominus 4 Sacra menta Baptismum, Eucharistiam, Poenitentiam, Matrimonium. Admonitus denique de Ordine, admisit etiam Stum, Sacramentum; ex hoc motivo, quia Praedicans in Walbeisdorff, cum peccata dimittat, in Pastorem suscep tus et ordinatus sit. Interim nil promittit sed manet perplexus.
26. Balthasar Klampffer	Quia a Juventute hucusque Evangelicus fuerit.	Fatetur 3 Sacra menta, sed quae sint et quomodo appellantur ignorat; Credit autem (inquit) in Devm Patrem omnipotentem, uti bonus Christianus. Deo tamen et Superioribus se commendat. Summa eorum haereticorum Inquili norum qui fundum habent

- | | |
|------------------------|--|
| 1. Jacobus Jager | Citati aliquoties per
Judicem noluerunt parere. |
| 2. Joannes Schridler. | |
| 3. Wolff Wagendrüffel | |
| 4. Matthias Freyberger | |

INDEX
Haereticorum Inquilinorum in Martersdorff
nullum Fundum habentium

Nomina	Rationes Cur non Conversi et satisfecerint Mandato Illustrissimi Principis	Enunciata et quid facturi
1. Melchior Pannifex	Braun Quia ab Infancia Evangelicus.	Constans vult permanere.
2. Jacobus Gedey	Quia ipse et omnes eius consanguinei in hac Evangelica fide fuerunt.	Deo et Superioribus se commendat.
3. Georgius Birkoyff	Quia in hac fide natus sicut et Parentes eius.	Petit in hac fide mori, quia senio iam confectus.
4. Georgius Pran Arcularius	Quia omnes eius consanguinei Lutherani, Ergo	Non erit Catholicus etiam si Illustrissimus Princeps ipsi iniungeret mavult abire, sic pridem nihil habeat, quod perdat: Si Voluisset fieri Catholicus, non venisset huc, sed contulisset se pridem ad aliquam civitatem populosam propter artificium suum.
5. Antonius Bliemel Pan-	Quia non est patricius sed peregrinus et egenus, Ergo	Impossibilis illi, fidem Catholicam capere.
nifex		
6. Benedictus Panfigel sartor	Quia parentes eius huius fidei, Ergo	Mavult abire, quam sua fide declinare.

7. Christophorus coriarius	Wolff	Quia huius fidei, cuius Parentes fuerunt, esse voluit, et in ea permanere.	Dicit praeterea 2 esse Sacra menta. Baptismum et Cenam Domini; Reliqua 5 non agnoscit sacramenta, Ratio est quia quodvis Sacramentum habet signum visible. Interrogatus itaque, quale signum visibile habeat Baptismus, Respondit, aquam. Interrogatus autem quae signum visibile habeat suum Artificium Respondit coriorum. Fatetur praeterea se de nulla materia tam baptismi quam Artificij sui scire. Postquam exierat dixit ad aliis, se Parochum compulisse in Sacram Scripturam et Sacra menta; item Parochum fuisse in disputacione summa ab ipso coangustatum, et non potuisse illi sufficiente respondere.
8. Joannes Koch, Sartor		Quia ab Evangelicis Parenibus prognatus est.	paratus est cum sua Evangelica doctrina potius in mortem ire, quam ad fidem Catholicam converti. Etiamsi Illustrissimus Princeps illi iniungeret non faciet; sed mavult mori.
1. Michael Bastel, per Judicam citatus noluit parere.		Summa haereticorum Inquilineorum fundum non habentium	8.

Civium Catholicorum in Filiali Wisen sunt 68: omnes tempore Paschali confessi.

Civium Haereticorum in Filiali Wisen sunt 10: non confessi.

Inquelinorum Catholicorum in Filiali Wisen sunt 36: omnes tempore Paschali Confessi.

Inquelinorum Haereticorum in Filiali Wisen sunt 5: non confessi.

Personarum omnium in Wisen, quae tempore Paschali sunt Confessae, in universum sunt: 234.

A tempore Panteyding ad Fidem Catholicam conversi sunt:

1. Stephanus Wabitz 70 annorum ex Walbersdorff.
2. Georgius Schmehrbacher.
3. Vxor Danielis Dorfmeister.

Cives Haeretici habentes Vxores Catholicas:

1. Andreas Felsinger.
2. Casparus Eintzenberger.
3. Melchior Eintzenberger.

INDEX HAERETICORUM CIVIUM IN FILIALI WISEN ut sequitur:

Nomina	Rationes Cur non Conversi et satisfecerint Mandato Illustrissimi Principis	Enunciata et quid facturi
I. Andreas Felsinger	Quia in hac sua Evangelica fide prognatus, Ergo	Non est bonum inquit ex una fide resilire in aliam, sed melius est in una permanere. Manet per- plexus, quod tamen Deus et Superiores voluerint faciet.

2. Laurentius Klampffer senior	Quia ab aliquo Episcopo et alijs Spiritualibus Concessum fuit in sua fide permanere, respiciendo canicem et senium eius.	Petit ut in hac fide permitte tur mori.
3. Simon Hofer	Quia in Panteyding non adfuit et nil ipsi iniunctum praesertim cum etiam tunc temporis Inquilinus solummodo fuit.	
4. Casparus Edelhofer iunior	Quia tempore Panteyding fuit inquilinus.	Vult tamen quod Deus et Superiores.
5. Laurentius Kalmpffer iunior	ab aliquot hebdomadis non est domi.	
6. Melchior Eintzenberger	Quia nondum fuit tribulatus propter fidem, Ergo	Si Mandatum fuerit Illus trissimi Principis, tunc volet.
7. Sebastianus Scheichen stuhl	Quia omnes eius consanguinei huius fidei.	Vxor eius vult abire Ergo et ipse debet sequi Vxorem.
8. Martinus Kittinger	aliquoties per Judicem citati non comparuerunt.	
9. (...) Holtzer		

Summa Haereticorum

9.

Függelék

A.

Az 1638. évi összeírás mellett fekvő irat

Conuersi in Forchtenau 1659. sub octobrem et novembrem

Ambrosius Reisner

uxor ipsius

Filia fugit in Schadendorff

Andreas Treysteiger

Andreas Strodel

uxor

Matthaeus Bletterer inquilinus

Filius Andreeae Strodel maior

Filius minor dubius

Filia Barbara

Pauli Strodel uxor

Christophorus Rubacker

uxor ipsius

Georgius Rubacker

Ambrosius Miesinger

uxor

Martel Miesingerin uidua

Hans Koler

Catharina Kolerin

Filia maior

Filia minor

Georgius Reisner

Wolff Grasin

Christoph Plötner

in universum 24

In Neustift Conuersi

Gregorius Feirer

uxor

Filia utraque

In Wisen

Filia unica Valtel Keck

Conuersi in Kis Hefflein sub octobrem 1659.

Matthaeus Leb possessionatus

Mathaeus Bömb

uxor

Filius possessionatus

Hans Leb

uxor

Filius inquilinus

apud Judicem famulus

Hans Schwarz possessionatus

Jacob Fuchs

Filius possessionatus

apud Hans Hermann ancilla

in universum 12.

Conuersi in gros Hefflein

Simon Lang possessionatus

Adam Tinhaff

uxor

Filius

Lorenz Pesenberger

Justina Hengstin

in universum sex

In Millendorff

Georgius Püecher lanio

B.

Litterae Annuae Societatis Jesu Provinciae Austriae Anno 1639.
Domus Professorum Viennae.

Missionum autem, quae in oppida et pagos vicinos, dissitos crebrae institui solent, eae quae ex Illustrissimi Hungariae Proregis voluntate, in Eisenstadiensem et Forchtensteinensem comitatus susceptae sunt, merito primas habent, et indigentia cultus et fructu.

Missio ad Comitatum Eisenstadiensem

Sunt in hoc comitatu oppida et pagi ad lacum sita, ut incolis moribusque Austriae vicinis non inulta, ita haeretica perfidia adhuc horrida. Cum enim ex Hungarici iuris libertate pro arbitratu cuiusque sit religionis hic usus, facile advenas nanciscuntur ex ijs locis, ubi neutiquam ea est permissa libertas. Cui malo ut Illustrissimus Hungariae Prorex obviam iret necquam moratus profani iuris licentiam, eo animum adiecit, ut subditos sibi populos ab ea vindicaret tyrannide et in veram assereret fidei libertatem, simulque advenis quoad posset adimeret huc commigrandi lubentiam. Eum in finem Patres nostros ex hac domo impetravit, qui animus manumque strenuam admoverent ad perpurgandum illum tot animarum syluescentem agrum. Annus pene ac dimidius huic impensis culturae, idque divino beneficio effectum est, ut priore quidem parte ij, qui hoc in Comitatu sunt, oppida et pagi prope modum omnes reformarentur, reservato in alteram anni partem Forchtensteinensi Comitatu. Difficilis principio fuit Provincia, ut in eiuscmodi fieri amat, sed constanti, ac pertinaci etiam Nostrorum opera, qua publicis, qua privatis adhortationibus, domi ac pro suggestu, expugnati sunt tandem duriores animi, et ad dogmatum, ex praescripto Ecclesiae Romanae informationem, nescio an adducti magis, an compulsi autoritate Dominij. Nam propter impensas quae ijs incumbebant, qui se tardius stitissent, submittebantur insuper milites stipendiarij, eorum sumptibus victuri, quoad illi posita contumacia sese accommodarent. Dura conditio verum fortassis necessaria, voce Domini praecipientis, compelle intrare. Quapropter multi cedebant praesenti necessitatibus, pauci ut eam subterfugerent, relictis cum familia aedibus suis, latebras ac diverticula petebant: quanquam aliqui ultro manus dabant. Solae proceruum genus foemina negotium facessebant eo contumacius, quo ad imperia solutiores se arbitrabantur.

Cessere tamen et illae, sin minus conscientiae authoritatisque Magistratus, at certe coniugum ac privatae rei urgente causa. Itaque anni decursu hac oppida et pagi lustrata sunt, Occa, Puerbach, Praitenbrun, Dunderskirchen, Hefflein utrumque. Sed quia quot necessitate, fit, ut plurimum durare non solet, iccirco nostrorum ea cura fuit, ut in virtutem desineret necessitas: Quae absolutionis beneficium ante nulli est impensum quam is stipulata, fidem faceret manu, ultro se fidem catholicam, integraque amplecti libertate: in eaque vivere et mori paratum esse. Ea ratione mansuefacti sensim cives ulterioribus christianaee pietatis officijs sunt imbuti, ut nonmodo dominicis festisque diebus, ad sacra concionesque convenient frequentes, sed statis etiam diebus una in templo litanias Laurentanae Domus decentant, et quos antea cane peius et angue oderant Societatis homines, eos nunc omni officij genere amplectantur. Illud hic memorata dignum occurrit cuiuspiam protervioris contumaliae exemplum. Erat in Praitenbrun oppido Juvenis, quam annis non minus animis florens, is cum citatus a nostris ad instructionem doctrinae Catholicae comparuisset, audiissetque causam adventus isthuc nostrorum, in haec fere respondit: Hominem a Deo conditum ea libertate, ut cogi non possit, conscientis vero nulla ratione debeat: sperare se proinde, in eam conscientiae tyrannidem se a patribus non cogendum a uita maiorum suorum in fide natum, in ea se quoque mori optare, rogareque, ut ne quam ipsi non dederunt fidem, ereptum erant. Insolens certe a Juvene visum est responsum, veruntamen dissimulandum in praesentiarum, et in opportunius tempus differendam causam. Itaque abscessit tum quidem a nostris, sed non impune: eadem enim nocte adfuit secundum quietem veneficorum caterua, et ligatis beneficio membris omnibus, ita miserum exercuit, torsitque, ut nulla se in vita passum grauiora deinde professus sit: videbantur enim sibi uno quasi in neruo reliqui e corpore omnes ui extrahi atque reuelli. Unum hic rebus afflictis animo subiit, quid si haec sibi in hodiernae poenam contumaciae, a vindice Numine immissa venirent? exinde pectus ac frontem salutiferae signo Crucis, ex usu Catholicorum insignire coepit, factisque praeteriti poenitens statuit secum, prima cum luce praeteritae diei errata resarcire. Hic illico veneficorum sisti vis omnis, exque exaudiri voces, hortantibus alijs ut rem alij compendio expendirent: nequire se porro progredi aliunde ligatos. Ad has voces non desijt Juuenis salutari se communire signo, feruenterque ad Deum et Divos fundere preces, quoad maleficorum turba abscessit. Et desiere tum quidem cruciatus, ita tamen certa corporis parte emarcida relicta, ut in filum extenuari videre-

tur. Vix illuxerat dies, cum ille ad Parochi fores tremebundus adhuc, ac sui vix compos opperitur, factum exponit, et iam alias, quam pridie abierat ad nostros reducitur, fidei Catholicae doctrina imbuendus. Ubi sat instructus est, praeteritae vitae noxas, per exomologesin expiavit. Et en cum festo Epiphaniae ad altare sacram exciperet Syntaxin de manu Sacerdotis Nostri, mirum dictu, ita puncto eodem temporis restitutus est parte illa corporis affecta, acsi nunquam laesa fuisset. Quod sane Dei beneficium, praesensque auxilium non parum momenti apud ipsum habuit, ad sacra illa mysteria identidem ac saepius frequentanda.

Sub id tempus alius e vicino pago sed Catholicus adfuit, totis item artibus tremiscens, ac uti videbatur, attonito similis, petijtque itidem a Nostris adversus veneficorum vim remedia: saepius se abripi nolentem elare atque cubili suo, et auctum inter maleficorum choros sisti, aiebat, hic ubi ad agendum compelleretur quod nollet, quoque vellet, redire non posset, nisi renata luce. Quaesita sibi remedia apudcuriones agnos cereos, piaculares globulos, Imagines, idque genus amuleta, adversus importunam vim nil profuere; nisi quid opis afferant Patres, ad extrema se redactum iri. Suasere nostri generalem de tota vita Confessionem, ut si quid lateret vitij, id hac ratione proditum corrigi posset. Recepit ille secuturum se consilia, atque abscedens amplius non redijt.

Non absimile huic exemplum est rustici, quem iniuria bellorum fortunis suis pulsum in has terras egerat, ut vel emendicata stipe vitam tolerare posset. Aes alienum contraxerat 8 florenorum, quod cum non esset solvendo molesto Creditori, rus abijt hic ubi venatoris specie non-neminem nactus, qui ei solatij causa 8 florenos ultro offerebat, opportuno tempore refundendos, in praesentis mali remedium recepit. Paucis inde interpositis diebus adest qui, mutuarat, non iam dissimulata persona Doemon, et suum urget vel aes, vel pignoris loco miselli animam. Negat Agricola Conditori debitam alteri posse obligari: inscum se fraudis bona fide recepisse mutuum, solvendum quibus quibus posset modis. Hic Doemon non alterius se velle rationis monetam, quam cuius dederat, et ad hoc sexennium a credita pecunia indulget. Sequens dies finem erat sexennio datus, cum angore metuque afflictus Agricola, quid consilij capiat extrema in egestate ignorat: unum subijt animo consilium et auxilium a Nostris exponere: accurrit igitur festinus ad Nostrum Sacerdotem, et ingeniculatus in praesentes Doemonis technat opem implorat, et praesentissimis remedijis instruitur, S(?) Confessione atque Communione: quibus peractis nil debere iam ultra Doemoni, cum Deo exsolutum esset, quid debebatur. Quod si tamen importunus ades-

set exactor, ad Confessarium, qui haec praeceperat, remitteretur, a cuius praecripto discedere nefas esset. Postea ab exacto sexennio nocte adfuit informe monstrum, misello cum opprobrijs minas intentans. At cum bene instructum offendisset, tanto percelluit horrore, eoque discessit foetore post se relicto ut huic parem in vita sua molestiam se nunquam sensisse rusticus homo assereret. Atque adeo deinceps omni solutus molestia egit.

Zusammenfassung

István Monok—Katalin Péter: Visitation der Glaubenstreue aus dem Jahre 1638

Die hier veröffentlichte Schrift wurde in der Herrschaft Forchenstein-Eisenstadt zusammengestellt und hatte den Zweck, die Ergebnisse der gegenreformatorischen Massnahmen von dem Fürsten Miklós Eszterházy zu dokumentieren. Die Handschrift wurde in dem Familienarchiv Batthyany aufbewahrt und bildet jetzt den ersten Fascikel der Schriften von Ádám Batthyany I. Die Provenienz ist weiter nicht zu klären.

Diese Visitation kann aus zwei Gründen für eigenartig gehalten werden: erstens weil es in Protokollformat Zeugnisse über die theologische Überzeugung oder Orientierung niedriger gesellschaftlichen Schichten gibt, zweitens weil die äussere Form der Schrift mit einem Urbarium eng verwandt ist.

In dem Anhang werden noch zwei weitere Texte veröffentlicht: ein Verzeichnis aus dem Jahre 1659 mit den Namen der Neubekehrten von 1659 und ein Bericht aus den Litterae Annuae des Ordenshauses der Jesuiten in Wien über die Umstände der Mission.